



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**In Causa Religionis Miscellaneorum Libri Tres In Diuersos  
Tractatus antea non æditos, ac diuersis temporibus,  
locisq[ue] scriptos digesti**

**Cochlaeus, Johannes**

**Ingolstadii, 1545**

**VD16 C 4328**

VIII. Responsio Io. Cochlaei Ad interrogationem Zuingliana[m] de Corpore  
Christi in Eucharistia, Scripta Dresdae Anno. 1529.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29563**

farijs perditorum hominū cogitatibus & consilijs, & si dare non uultis plura saltem relinquitte dei ministris que maiores ueltri deo foeliciter dicarunt, scriptum est enim, Quae Dei Deo, & quae Caesaris sunt Caesari date. Istos uero Consultores ac Predicatores, ut seditiosos impiosq; ac lese Maiestatis reos dignis compescite modis.

Scripta Spiræ, Anno 1526.

MISCELLANEO-  
RVM LIBRI SECVNDI  
Tractatus Octauus.

RESPONSIO IO. COCHLEI AD IN-  
terrogationem Zuinglianam De Corpore  
Christi in Eucharistia.



Vando interrogatur, an Christus sit in sa- Idē corpus  
cramēto uenerabili sicut fuit in cruce? re- Christi sub  
spondeo, Est utiq; sic ibi in substantia sua, diuersis acci-  
sed non in accidentibus iisdem, Nam dentibus.  
corpus eius in cruce erat uisibile, palpabile,  
passibile, mortale, calidum, etc. nihil horū  
accidentiu est sub uenerabili sacramēto in corpore Christi.  
Tam uere est igitur corpus Christi secundum substantiam  
suā in sacramēto quā uere fuit in cruce, sed in acciden-  
tibus multa & uaria est differentia, in cruce erat localiter, pœ-  
naliter, uisibiliter &c. In sacramēto nō ita. Et Zuinglius in  
hoc maxime fallitur, q; non discernat diuersos modos essen- Error Zuing-  
di In. ut loquuntur Dialectici. Non enim repugnat, Chris- lii.  
sum uno & eodem tempore cum corpore suo esse & in cas

Hb 3 10

Responsio Io. Cochlaei

lo localiter atq; in propria specie & in sacramēto sacramēta-  
liter atq; sub aliena specie. Concedimus itaq; ultro, non esse  
Christū in terris nunc sicut in cœlo est aut sicut ante passio-  
nem in terris fuit, Hinc ramen non sequitur, Christum nul-  
lo modo apud nos in terris esse, Quum dicat ipse, Et ecce  
ego uobiscum sum omnibus diebus usq; ad consummatio-  
nem sæculi Matth. ult.

Error Luth-  
ri.

Neg; item repugnat, carnē Christi & spiritualiter per fidē  
& sacramentaliter in propria substantia manducari, Id si dis-  
cipuli intellexissent, nō abissent retro, Putabant autē carnē  
Christi manducandā esse, non sacramentaliter, sed carnali-  
ter, sicut carnem bouinam ē macello, Talis autem caro non pro-  
deit, Et S. Aug. exponens, addit, caro, scilicet sola & absq;  
spiritu, non prodest, At caro cum spiritu multum pro-  
dest, Lutherus autem nunc stolide carnem solam ponit in  
sacramento ex improba contentione de utraq; specie, asse-  
rens in pane solam carnem Christi esse absq; sanguine et ani-  
ma, Quid mirū igitur si abit retro, quia talis caro nō pdest.

Externa itaq; manducatio absq; fide nō pdest, quia qui sic  
manducat, ille se nō probat, Quid mirū igit, si manducando  
indigne, iudiciū sibi manducet, nō dī iudicans corpus dñi?

Corpus  
Christi & as-  
nimæ & cor-  
poris cibus  
est.

Nec recte infert Zuinglius, Christus non est cibus cor-  
poris sed animæ, ergo hæc uerba, hoc est corpus meum, de-  
bent intelligi spiritualiter tm̄. Nam Hilarij, Ambrosi ac Cyrilli  
testimonio corporis quoq; nostri aliq; modo cibus est hoc  
uenerabile sacramētū, q̄ Christo realiter unimur & in cor-  
pore & in anima, Iuxta illud Pauli Ephe. 5, Quia mēbra su-  
m; corporis eius, de carne eius et de ossibus eius Et 1. Cor. 6.  
Nescitis quoniā corpora, uestra mēbra sunt Christi; Nec itē  
ualet cōsequentia, Quia corpus Christi sacramentalit; digne  
sumptum cibus animę esse potest, Et eiusmodi manducatio  
dicitur

dicitur spiritualis, non sane, q̄ ibi non sit corpus Christi uerū, sed q̄ spiritu & fide, non corporaliter nec oculis carnalibus apprehenditur, quia non est ibi uisibiliter & palpabiliter sicut est caro bouina dum editur.

Quando igitur contendit Zuinglius, Christum nō esse amplius corporaliter in mūdo, fallit falliturq̄ equiuocatio ne. Corporaliter. n. bifariā intelligitur. Quod si dicat, Christū nō esse in mundo corporaliter, hoc est uisibiliter & palpabiliter, sicut ante passionem fuit & sicut corpora nostra esse solent, libenter admittimus, Sin uero, per hāc uocem, corporaliter, uult intelligere, esse cum corpore, nequaquam admittimus, fatemur enim Christum corporaliter, hoc est, cū uero corpore suo, in uenerabili sacramento esse.

Aequiuocatio in uocabulo Corporaliter.

At dicit Zuinglius, de inuisibili reditu Christi nullā habemus scripturam. Quid tū? Neq̄ nos inuisibilem reditum uocamus, neq̄ omnia sunt scripta. Nimum sane fallit falliturq̄ Zuinglius, dum putat Christum ē cœlo ad nos in sacramento uenire motu locali, aut redire sicut abiens localiter redire solet. Nos nihil tale comminiscimur, sed dicimus, Christū localiter permanere in cœlo donec uenturus est ad iudicium, Esse autem eundem in uenerabili sacramento, nō motu locali aut trāsitū corporali, sed transsubstantiatione & conuersione substantiali, quando uirtute uerborum Christi substantia panis transit & transmutatur in corpus Christi, absque ulla, corporis Christi seu motione seu transmutatione.

Quomodo Corpus Christi uenit in Eucharistia.

Vna est igit̄ responsio nostra ad oēs textus, q̄s Zuinglius affert de Ch̄o in cœlo, et nō in terra corporalit̄ existente, Nēpe q̄ equiuocatio est in hac uoce Corporaliter, Cōcedimus enim Christū nō esse in Sacramento corporaliter, id est modo corporeo, sicut esse solet corpus naturale in loco uisibiliter,

Fallacia Aequiuocatio nis.

Responsio Io. Cochläi

ter, & palpabiliter, & per motum, Maxime tamen affirmamus Christū esse corporaliter in sacramēto, id est, cū corpore suo uero & substantiali, Neq; id sine scriptura dicimus, ut calumniatur Zuīglius, quia Tres Euangelistæ & Paulus apertissime dicunt uerba Christi, hoc est corpus meū, Hæc sunt uerba ueritatis quibus nitimur, quibus et ecclesia utitur columna & firmamentum ueritatis 1. Timo. 3.

Ad dicta Pauli 1. Co. 11. Nō apte neq; uere Zuīgliū rīdet, Quia uerbose arguit eos qui cænam dñi contemnunt, quū Paulus dicat, Aut ecclesiam dei contemnitis, non dicit autem, An cænam domini contemnitis. Quid opus est igitur ista uerbose de contemptu cænæ, quum Paulus arguat contemptum Ecclesiæ, quam Zuīglius & socij sui maxime contemnunt? Nos certe nullum approbamus contemptum iniquum, longe tamen rectius intelligimus hic Paulum, q̄ ideo fit aliquis reus corporis & sanguinis domini, quia manducat & bibit indigne, non probans seipsum, neq; dījudicans corpus domini, sic enim loquitur ipse Paulus, Quomodo autem fieret reus corporis domini, si corpus domini non sumeret indigne? Quomodo autem summat, si corpus illud non assit? Quod autem cauillatur Zuīglius q̄ Paulus non corpus sed panem manducari dicat, friuola est obiectio per locum ab autoritate negatiue, contra artem Dialectices, Neq; tamen ait usquā Paulus, q̄ corpus domini non manducatur, Et satis aperte de hoc loquitur, dū ait, Nō dījudicans corpus domini, Et Christus ipse apertissime dixit Ioh. 6. Qui manducat carnem meam, Paulus autem sequitur hic consuetam loquendi modum, secundum sensum, quia sensui apparet esse panis, quā uis reuera post uerba consecrationis non sit panis, sed corpus domini sub specie panis. Vocatur itaq; adhuc panis propter remanentē speciem

Contemne  
re Ecclesiam

Corpus Do  
mini panis  
dicitur.

speciem panis, Sicut & uirga Aaron dicitur uirga, quæ in colubrum uersa erat, Exo. vii. Sed deuorauit uirga Aaron uirgas eorum, scilicet magorum.

Ait Zuinglius, huic dicto, hoc est corpus meum, semper adiungi, Quod pro uobis traditur. Quid tum? Certe nos non aliud corpus domini, sed illud ipsum quod pro nobis in cruce traditum est, in sacramento asserimus & sumimus, Et tamen Mathæus & Marcus, hanc clausulam, Quod pro uobis tradetur, non apposuerunt. Nos autem non dicimus cum errante Luthero hunc panem naturalem esse corpus Christi, neque dicimus, Corpus Christi est panis pro nobis traditus, ut hic nugatur Zuinglius, Neque item dicimus, Corpus Christi in pane pro nobis traditus est, sed sine omni adiectione dicimus simpliciter cū textu, hoc est corpus meum.

Quod ait deinde Zuinglius, sufficere unam, quæ per Christi passionem facta est, peccatorum remissionem, ut non sit opus aliam consequi, Concedimus quidem hostiā Christi in cruce sufficere secundum se pro omnium redemptione & remissione peccatorum, uerum quum nos sæpe peccemus, sæpe nobis quærenda est peccatorum remissio per Ecclesiæ sacramenta, quæ ex passione Christi uirtutem suam receperunt. Ait enim Christus Petro Matth. 18. Non dico tibi septies, sed septuagies septies. At grande & impudens est mendacium, maiorem partem ueterum Doctorum sensisse cum Zuinglio, Cuius contrariū latissime ac manifestissime demonstrat Episcopus Rossen. lib. 4. contra Oecolampadium in prologo, ubi & Augustinus citatur, Cuius dictum hic non repugnat corpori Christi in sacramento, quia corpus eius non sensibiliter aut carnaliter manducatur, sicut caro bouina, sed in mysterio sub aliena specie, ubi opus est fide.

Cæterum non est incōueniens uinū idemque corpus dñi &

li signum

Hoc est corpus meum.

Hostia Christi.

Grande mendacium Zuinglij.

Responsio Ad Interroga. Zuinglianam.

signum esse & signatum respectu diuersorū, Est enim signū spiritualis unionis Ecclesiæ, quæ corpus Christi mysticum est, ad Christum caput suum, Est & signatum, quippe sub alienis speciebus panis mystice & sacramentaliter designatū,

Nouum Te  
stamentum  
significatiue

Postremo, dicitur hoc sacramentum Testamentum, nō essentialiter, sed significatiue, Sicut & in lege Moyfi, Exo. 24. dicitur. Hic est sanguis fœderis &c. quia sanguis in crastere significabat fœdus seu Testamentum uetus, quod & Paulus affirmat Heb. 9. sed non erat essentialiter Testamentum. Quod autem uult Zuinglius, non ualere Testamentum, nisi testatore iam mortuo, hoc de humanis Testamentis dictum est per similitudinem, quia & Christus mortuus est semel. De diuinis autem nō oportet, Quia testator deus in ueteri Testamento nunquā mortuus est, & tamen ualuit illud Testamentum, Sicut & Christi testamentum ualuit in cæna, licet Christus nondum esset mortuus, ualuit & post resurrectionem quando Christus rediuius spoliavit Infernum. Valetq; adhuc hodie, licet nunquam amplius mortuus sit ipse Testator.

Dresdæ die 6. Decembris, Anno 1529.

MISCEL